

Vg  
5082



Osk

I

QK 210. 23

IN NOMINE JESU!

SOLEMNITAS JOBELEA  
IN HONOREM COELESTIS NUMINIS,  
UNICI CHRISTIANÆ CONCORDIÆ AUTORIS,  
RELIGIOSISSIMIS AUSPICIIS  
SERENISSIMI ATQUE POTENTISSIMI PRINCIPIS  
ELECTORIS, AC DOMINI,

Vg  
5082

DN. JOHANNIS GEORGII SECUNDI,

DUCIS ET ELECTORIS SAXONIÆ &c. &c.  
DOMINI ET NUTRITII NOSTRI GRATIOSISSIMI,  
CHRISTIANÆ CONCORDIÆ STATORIS  
ET CONSERVATORIS MAXIMI,  
OB FELICISSIMA FORMULÆ CONCORDIÆ  
PRIMORDIA,  
SECULARI FESTIVITATE  
TORGÆ IN DOMINO CELEBRATA,

QVAM  
DISPUTATIONE SOLEMNI,

DE

PRIMA FORMULÆ CONCOR-  
DIÆ DELINEATIONE,

IN ACADEMIA WITTEBERGENSI,  
PRÆSES

JOHANNES Deutschmann/D.

SS. Theol. P. P. & Alumnor. Electoralium Ephorus,  
ET RESPONDENS,

M. JOHANNES Müller/Haus-Walda Lufatus,

Facult. Philos. Adjunctus, & Alumnus Electoralis,  
Publicæ Disquisitionis Actu  
submissa devotione  
concelebrabunt,

DIE VII. JUNII, Horis Matutinis.

WITTEBERGÆ, Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI.





IN NOMINE JESU!

DISSERTATIO THEOLOGICA  
SOLEMNITATIS SECULARIS

DE

PRIMA FORMULÆ CONCORDIÆ  
DELINeATIONE.



Augustum Concordiæ, cum primis Christianæ,  
Nomen est. Ipse Deus Augustissimus Concordiæ non Autor modo, sed etiam fautor est.  
Concordiam DEUS in scriptura commenda-  
vit, in natura fundavit, & in omni creatura, si-  
ve producenda, sive conservanda, sive guber-  
nanda, sapienter observavit. Quo corporis  
oculos vertimus, vestigia concordiæ cernimus: quo mentis vel  
meditationes, vel contemplationes, dirigimus, concordiæ vel  
principia, vel artifia, vel beneficia, non obscure colligimus.  
Totus mundus pulcherrimum quoddam Concordiæ Theatrum  
est. Concordia virent Familiae, florent Politiæ, vigent Ecclesiæ:  
sicut in Oeconomicis, & Politicis, Concordia res parvæ crescunt,  
discordia res magnæ dilabuntur: sic idem de Republica Eccle-  
siastica dicendum. Ecclesia per Christianam concordiam inci-  
pit, quando concordibus animis Doctores & Auditores Con-  
ventus sacros instituunt: faciles etiam progressus Ecclesia per  
Christianam concordiam facit, & incrementa quotidiana su-  
mit: ad diuinum demum felicitatis Spiritualis Ecclesia per Chri-  
stianam concordiam adscendit, id quod omnium temporum  
Ecclesiæ florantis status attestatur. Sola vel Apostolorum Eccle-  
sia

*ea post Christi Salvatoris adscensionem ejus rei luculentissimum testimonium dare poterit A&T. I. II. III. & seqq. Sed non opus erit vel ex Sacra, vel ex Ecclesiastica Historia longius exempla producere. Nostra Lutheranorum Ecclesia certissimum, ac evidentissimum hujus rei faciet indicium. Superstite B. Megalandro, tanquam sincero Concordiae Doctore, constantissimo Concordiae Conservatore, devotissimo, pro concordia ne uniuersitatem conservando, coram Deo Intercessore, perpetuo Concordiae persuasore, discordia nec in Ecclesiis yunctis Evangelicis locum invenire, nec inter Doctores caput erigere valuit. Sed hoc Concordiae Christianae proxeneta, & paracita, per beatam analysis in terris summoto, & ipso Concordiae die fato tristissimo sublato, periit in Ecclesiis Concordia, cæpit inter Lutheranos exitialis dominari discordia. O quam triste fatum Scholas, Academias, & Ecclesias, per Discordiam premebat! Concordia per XXX. annos Ministerio B. Lutheri sibi sedem ab anno MD XVI. certissimam his in terris paraverat, & sub gratiosissimo Cælestis Numinis patrocinio sororium Veritatis & Pacis contubernium in Academias, & Ecclesiis nostris, ad annum usq; MDXLVI. vivo B. Luthero floruerat. Sed proh dolor! alios XXX. annos ex permissione DEi, & seductione Cæcodæmonis, omnis iniuriciæ primi satoris Gen. III. 1. seqq. & pertinacis ejusdem promotoris, Discordia sibi postulabat, & longe lateque Lutheranorum Ecclesias, ab anno MD XLVI. ad annum usq; LXXVI. variis doctrinarum disidiis, & Doctorum dissensionibus, devastabat. Ex hoc ipso tempore Deus, Concordiae Pater, afflictam, & contentionibus variis satis vexatam Lutheranorum Ecclesiam gratiosè respexit, SERENISSIMORUM ELECTORUM atq; PRINCIPIUM, ut & Cordatissimorum Theologorum animos ad Concordiae Studium pressius urgendum, direxit, & Consiliis atq; Mediis Concordiae faciliorem atq; feliciorem progressum cælitus concessit, eademq; sua benedictione clementer ad exoptatum eventum deduxit. Inprimis DEUS OPTIMUS MAXIMUS AUGUSTISSIMUM Concordiae PATRONUM, SERENISSIMUM ATQVE POTENTISSIMUM ELECTOREM AU-*  
GU-



GUSTUM, GLORIOSISSIMÆ RECORDATIONIS PRIN-  
CIPEM, divinitus excitavit, ut omnibus viis, saluberrimis  
confiliis, Illustrissimis studiis, Efficacissimis mediis, indesinen-  
tissimis curis, atq; cogitationibus, ad Concordiae Palladium, Eccle-  
siis restituendum contenderet. Non defuerunt equidem in-  
numera, quæ Satanæ Concordiae consiliis objiciebat, impedi-  
menta, sed constantem Electoris voluntatem à Concordiae consi-  
liis atq; studiis dimoveri non potuerunt: hinc B. D. Jacobus  
Andreae Orat. de Concord. negot. (quæ legitur in ejus vita per  
Johan. Valentin. Andreae, Nepotem edita) p. 210. scribit: Con-  
stantem Electoris Voluntatem vere miraculum, nihilq; humanum,  
sed divinum opus existimem esse: & p. 214. Ex quibus omnibus con-  
stat, non humanis viribus, aut sapientia, sed divina virtute He-  
roicum hoc pectus sustentatum fuisse, ut tantos impetus, tantaq;  
impedimenta superare potuerit, & hoc pium, utile & pernecessa-  
rium Concordiae negotiorum adoptatum finem perductum sit. Re-  
ligiosissimus Elector primum omnibus viribus, modisq; variis  
in Scholis, Academiis, & Ecclesiis, suarum Ditionum Concordiam  
recuperare, venenumq; Sacramentariorum expurgare, studio-  
sius allaboraverat, idq; maximam partem Anno DLXXIV. eje-  
ctis multis Crypto-Calvinianis, & apertis Sacramentariis, obtinu-  
erat: sed in hoc acquiescere nondum poterat. Aliarum et-  
iam Ecclesiarum disidia, pericula, damna, piissimo corde  
volvebat, prudentia religiosa mala suis in terris latentia, suoq;  
tempore caput rursus erectura, non negligebat, imò calami-  
tosum, & tantū non exitiosum totius Ecclesiæ Lutheranæ statum  
conferebat, suasq; religiosissimas curas ad Medium, & Remediū  
aliquid generale dirigebat. Illud assiduis apud Deum precibus  
urgebat, perpetuis desideriis intendebat, literis & colloquiis ab  
aliis expetebat, curis continuis nocteq; dieq; volvebat, & de-  
mum firmo animi proposito non absq; divino instinctu apud se  
decernebat, ac insuper, quod animo conceperat, saluberrimū  
Concordiae consilium manibus augustis in charram conjiciebat,  
suisq; Consiliariis Intimis ad uberiorē deliberationē aperiebat.  
Ex horum Consiliis, prius communicato hoc Concordiae nego-

tio cūm Principib⁹ & Theologis aliis, primū Liechtenbergæ, mense Februario, postea Torgæ, mense junio, conventum agebat, & in hoc Posteriori Primam Formulae Concordiæ Delineationem per Theologos promovebat. Annus proinde M D LXXV. Illustrissimam Formulae Concordiæ dedit Preparationem, annus M. D. LXXVI primam eidem contulit Delineationem. Ingens hoc DEi beneficium Religiosissimo Zeto D. AUGUSTI, SAXONIAE ELECTORIS, langventibus & lugentibus Ecclesiis Lutheranis concessum, neq; digne commendari, neq; plene prædicari potest. Gloriamur, per DEi Gratiam, in hoc Christianæ Concordiæ saluberrimo Keipn̄lio per integrum seculum, & exacto seculo nobis in Domino gratulamur. Cum igitur ex singulari Dei Providentia Collegium nostrum Theologicum Quatuor Theologiae Licentiatis, in Ecclesia DEi yνησιως Lutherana præclare jam meritis, Summos Honores Doctorales, DECANO, VENERANDO DN. D. ABRAHAM CALOVIO, multis in Ecclesiam meritis Illustri, Megz Brabeuta, Anno superiori Die XX. Aprilis conferre constitisset, Doctorale Festum in Festum Eucharisticum commutare, & Jubileum Formulae Concordiæ solenniter intimare voluimus. Requiebat hoc Divini Beneficij gravitas, Augustissimi Consilij, de Formula Concordiæ conscribenda, dexteritas, & successus felicitas, debita Theologorum Orthodoxorum pietas. Memoria hujus Augustissimæ Preparationis quoq; sancta fuit Summis Principibus. REVERENDISSIMUS ET SERENISSIMUS DOMINUS, DN. AUGUSTUS, PRIMAS GERMANIAE, ET ARCHIEPISC. MAGDEB. ADMINISTRATOR &c. &c. omnes Dictionum suarum Episcopos, vel Inspectores, zelo pietatis accensus convocavit, & per Summe Reverendum atq; Magnificum Virum, DN. D. JOHANNEM OLEARIUM, Theogum de Ecclesia Christi meritisimum &c. Disputationem Solennem, cui Titulus, CONSTANS CORDIA CONCORS, in Templo Cathedrali, qvod Halis est, cunctis Superintendentibus ad ventilandum publicavit. Eandē anno superiori pietatem imitatus est SERENISSIMUS ET ILLUSTRISSIMUS DN. DN. CAROLUS WILHELMUS, PRINCEPS

PRINCEPS OSERVESTANUS &c. qui per Maximè Reverendum & Magnificum Virum, DN. D. JOHANNEM DURRUM, Concionatorem Auticum Primarium, Theologum de Ecclesia Christi præclare meritum, Illustrum Harmoniam Scriptorum Religiosissimi PRINCIPIS, D. GEORGII, ANHALTINI, & Formulae Concordiae colligere jussit, quod Egregium & Ecclesiæ DEi fructuosisimum Scriptum, ex Gratia peculiari, cum Facultate nostra communicatum. Sic Principes, per DEi Gratiam, ea, quæ Principibus digna sunt, cogitant, prædicant, & celebrant Esa. XXXII. 8. DEO sit Laus, Honor & Gloria! Neque minus hic Annus M. DC LXXVI. Formula Concordiae Secularis, qvoad felicem Consiliorum D. AUGUSTI Gloriosiss. Record. continuationem, & Primam ipsius Formula Concordiae Delineationem, quæ Torgæ Anno M. D. LXXVI. mense junio fuit adornata, & Religiosissimo ELECTORI, Die VII. Junij, humiliter & reverenter à Theologis, ibi congregatis, exhibita. SERENISSIMUS ET POTENTISSIMUS ELECTOR ET PRINCEPS, DOMINUS, DN. JOHANNES GEORGIUS SECUNDUS &c. &c. Ecclesiarum & Academiarum Stator Felicissimus, in quo Pietas AUGUSTI MAGNI reviviscit, Zelus Religionis & Devotionis reflorescit, in Numinis Divini Gloriæ, & Summi Concordiae beneficij Memoria, hunc DIEM VII. Junij Solennitate Seculari consecrare, DEOQVE, Concordiae Christianæ Conservatori summo, pro tam Augusto Ecclesiæ Deposito, devotissimas gratiarum laudes dicare constituit. Festus hic Dies SERENISSIMO NOSTRO MAGISTRATUI, Festus idem Ecclesiæ, Libro Concordiae addictæ, Festus nobis universis! DEO NOSTRO dicimus ex intimis gratiarum laudes devotas, quod haec tenus DAVIDEM GERMANIÆ, SALOMONEM SAXONIÆ, AUGUSTUM ELECTORALIS FAMILIÆ, PATREM PATRIÆ, paterne conservare, & Festum hoc Novum, ex aliis Festis, Eucharisticis Eidē clemetissimè donare voluit. Domine in Virtute tua lætetur PRINCEPS ELECTOR, & super salutare tuum exultet vehementer: Desiderium cordis Ejus tribuisti ei, & petitionem labiorum Ejus non denegasti Ipsi, Sela: Quoniam prævenisti Eum in benedictionibus

dub-

-GVD

ien  
, &  
per  
Illu-  
I. D.  
hoc  
NIAE  
ranis  
pot-  
cor-  
o se-  
ulari  
Theo-  
e jam  
AN-  
esiam  
prilis  
aristi-  
niter  
vitas,  
, dex-  
i pie-  
a fuit  
NIS.  
GER-  
TRA-  
Inspe-  
Reve-  
M O-  
n &c.  
CON-  
is est,  
. Ean-  
ET IL-  
PRIN-  
CEPS

dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de preciosissimo auro :  
Vitam petiſt a tc, & tribuisti ei longitudinem dierum in ſeculum, &  
in ſeculum ſeculi. Magna eſt gloria ejus in ſalutari tuo : laudem  
& maiestatem imponeſ super Eum, quoniam dabis Eum benedictio-  
nem in ſeculum ſeculi: latificabis Eum in gaudio cum vultu tuo :  
Quoniam Rex ſperat in Domino, & in misericordia Altissimi non  
commovebitur. Psal. XX. 1. seqq. Sit Deus pro his omnibus  
Benedictus in ſeculorum ſecula ! Hunc diem quem Dominus Cæ-  
lorum Eccleſia, SERENISSIMUS ELECTOR Aule ſuæ, & Tor-  
gensi Eccleſia, glorioſum fecit, Nos etiam hic Wittebergæ in Aca-  
demia noſtra ſolennem dabimus, & ad Numinis Divini Gloriam,  
Prima Delineationis Formulae Concordiae Memoriam, maſtifican-  
dam ſpiritualem noſtræ mentis lœtitiam, & devotissimam erga  
Deum, Formulae Concordiae Supremum Conservatorem eūxaḡia, qvo-031  
aliquid, ex Accurato Theologorum Congregatorum Reſponſo. De  
Prima Formulae Concordiae Delineatione, per modum Isagoges  
ad Solidam Declarationem Symbolicam, meditabitur Spiritus  
Concordiae ſuo Nume gratioſo, & lumine copioſo, mentes noſtræs in-  
ſtruat, ut ea, quæ ſunt Veritatis, ex ſacris literis, & certis Historia-  
rum Eccleſiasticarum monumentis, proferre, ea, quæ ſunt Pacis, ad  
Concordiae ſtudium conſerre, ea, quæ ſunt Pictatis & Gratiitudinis.  
Deo noſtro fiducialiter offerre queamus, per & proprie Christum  
Iſum, Paſſus & Concordiae Principem!

## THESES PRIMA

De Synodo Theologorum Torgensi, Anno M. D. LXXVI.  
Mense junio, felicissimiſ auspiciiſ D. AUGUSTI, SAXONIÆ  
ELECTORIS, glorioſiſime recordationiſ, celebrata, ejusq; pri-  
mario, tum objeſto, tum ſcopo, videl. Prima Formulae Concordiae  
Delineatione, paucis aeturi, præſupponimus (1) Synodicam Elec-  
toralem Propositionem, quæ legitur apud B. Hutter. in Conc. Conc.  
p. 323. (2) Synodicam Theologorum Reſponſionem, quæ reperitur  
ibidem p. 325. seqq.

2. Hæc enim duo Scripta noſtræ Tractationis continent (1)  
Fundamentum, cum ſint publica ſcripta, autoritate Magistratus  
publica, de cauſa Eccleſia publica, ex publicis Consiliariorum,

qvo-



qvoad Propositionem Synodicam, & Theologorum, qvoad re-  
sponsionem Synodicam, ad publicum Concordiae scopum, &  
Ecclesiae salutarem usum, adornata. (2) Totius tractationis Argu-  
mentum, qvia tota præsens tractatio respicit primam Formulae  
Concordiae Delineationem, ad quam utraq; scriptio, tum Proposi-  
tionis Electoralis, tum Responsio Synodalis, directa fuit. (3) Totius  
Tractationis objectum, tam Materiale, nim. ipsam Formulam  
Concordiae, quam formale, quatenus sub prima delineatione,  
formaliter eadem consideratur.

3. Hæc igitur Acta publica, qvoad primam Formulae Con-  
cordiae delineationem, si respicimus, tria potissimum nobis expo-  
nenda veniunt, (I) Synodi Torgensis, circa primam Formulae Con-  
cordiae Delineationem, περιγραφæ, vel Antecedentia. (II) Synodi  
Torgensis, circa eandem, περιχθέντα, vel Acta. (III) Synodi Tor-  
gensis circa eandem περιγραφæ, vel consequentia.

4. Qvod attinet Antecedentia, plurima qvidem produ-  
ci possent ex iis, qvæ remotiora sunt Antecedentia, tam nego-  
tium Lutheranæ Reformationis, vivo B. Luthero, qvam Philip-  
picæ, vel etiam Crypto Calvinianæ deformationis, post fata B. Lu-  
theri, concernentia: sed in hunc amplissimæ tractationis cam-  
pum excurrere nolumus, cum illud nostri non sit instituti.

5. Præterea multa, quæ directe respiciunt Concordiae ne-  
gotium hic afferenda forent, si prolixam Formulae Concordiae  
Historiam conscribere, vel plenissimam ejus Theoriam instituere  
vellemus: Sic enim Varii Principum & Statuum Conventus, dissi-  
diis inter Lutheranos Dd. obortis, Concordiae causa celebrati sunt;  
Principes etiam Lutherani modis omnib; Concordiae negotium  
promovere voluerunt, inter quos celebrandi sunt Principes va-  
rii: Christophorus, Dux Wurtembergicus, ad Concordiam direxit o-  
mnia sua consilia, misit etiam anno 1569. D. Jacobū Andreæ, tum  
in Electoratum nostrum, tum in Saxoniam Inferiorem, qui con-  
cordiae negotium, articulis quibusdam conscriptis, & variis  
itinibus susceptis, ut & collationib; cum Theologis Witteber-  
gensib; & coram, & per literas, illo tempore, sed frustra, institu-  
tis, tentavit. Wilhelmus, Hassie Landgravius, non semel ad Electore

B

Augu-



Augustum, & alios Principes, literas Concordiae promovendæ causa scripsit: Julius, Dux Luneburgensis Anno 70. D. Nicolaum Selineccerum ad Electorem Augustum, & ad Theologos Wittbergenses, concordiae conciliandæ, & Contentionis omnis sopiendæ gratia, alegavit: Varia Colloquia, propter Concordiae restorationem, etiam instituta fuerunt. Sed hæc, & alia modo persequi volumus.

6. Domestica tantum, & propiora saltem, impræsentiarum respicere placet, quæ Gloriosissimo Electori AUGUSTO, tanquam Christianæ Concordiæ ad æx<sup>ad</sup> χω, divinitus excitato, propria sunt. Sunt autem hoc respectu alia Antecedentia remotioni, quæ sunt anni precedentis nim. M D L X X V . Religiosissimus enim Elector perpetuas pro salute Ecclesiæ turbatæ curas gerebat, cum Principibus & Theologis de Concordiæ restitutione conferebat, preces ad Deum, pro disfidiis tollendis, & animorum Christiana conciliatione, devotè dirigebat, & continuis meditationibus hanc Concordiæ causā mente volvbat, ac instinctu Cælestis Numinis tandem in hoc, de Conscribendo Corpore doctrinæ generali, vel adornanda communi Concordiæ Formula, consilium descendebat, quod etiam ad pleniores deliberationes suis Consiliariis intimis offerebat. Sic enim illis propria manu, quod Autographon adhuc hodie in Archivo Electorali reperitur, scribebat: Råthe / und liebe Ge-  
trewen/was die Uneinigkeit/unter den Theologen/in diesen Landen/ und an andern Orten gutes gewircket/gibt leider die Erfah-  
rung: und ob ich wol gehofft/es sollte unser HERRE GOTT  
ergends Mittel geschickt/ oder gegeben haben/ so hat man doch  
auf dem Colloquio zu Altenburg wol gesehen/ was für eine Einigkeit sich bey ihnen ereignet/ und ob wol bisslich eine jede Obrigkeit schew tragen sollte/ sich unter die verwirrete Gemüther der Theologen zu mengen/ so habe ich doch bey mir die Vorsorge/  
da von allen Theisl (weil kein Papst unter uns ist) die Obrigkeit nicht selbst bey zeiten darein greift/ es würde keine Besserung/  
sondern mehr Schaden und Nachtheil/ so unsere Nachkommen mit Schmerken erfahren würden/ darauf zugewarzen  
seins:

sein/ und ob Ich wol für meine Person den Dingen/  
so weit sich mein Verstand erstreckt / hin und wieder nach  
gedacht / so hat mir doch kein Mittel besser gefallen wol-  
len/ denn wie Ihr hieneben zuempfahen : und ob wol in meiner  
Geschicklichkeit nicht gewesen/ solches anführlich/ wie sich in sol-  
chen hohen Sachen wol gebühret / darzu thun : So hoffe Ich  
doch/ man werde durch dis Memorial, oder Discurs, meine  
Gedanken/ und Meinung gnugsam verstehen können /  
Ich suche hierinnen nichts anders / denn Einigkeit  
der Lehre und Theologen/ GOTT verleihe darzu  
seinen Segen und Gnad/ Amen. Und ist hierauff an  
Euch mein gnädiges Begehrn/ Ihr wollet mit Ewern Gedan-  
ken zu mir springen/ auf Einigkeit der Lehre und Theo-  
logen Achtung geben/ und euch das nicht irren lassen/das Ewern  
Præceptor alle Ding nicht vor gut geachtet werden können/ und  
derhalben mehr auff Gottes/ als auff verstorbene Men-  
schen Ehre sehen/ wie ich denn an Euch nie gezwiefelt / Ihr  
ohn meine Erinnerung den Sachen mit fleißigen Nachdencken/  
und Rath/ wol werdet Recht zu thun wissen/ und mir Ewer Ge-  
dancken hierauff trewlich mittheilen / solches bin Ich von Euch  
gewertig/ und mit allen Gnaden zugethan. Datum Augustus-  
burg den 21. Novemb. Anno 1575.

### Augustus Thurfürst.

7. Primum hoc Formulae Concordiae præsentis Consilium, & sa-  
tis Augustum ejus initium. Augustissimus est Autor: Augustus  
est Consilij Notarius, vel Secretarius: Augustus est consignationis  
labor, quem, ex maturis Augusti cordis meditationibus, Augustus  
manus suscepit: Augustus est locus, dum non sine peculiari DEI  
providentia hæc Augustoburgi fuerunt ab Electore Augusto cogi-  
tata, & eodem in loco consignata: Augustum est objectum, nim-  
Ecclesiæ Christianæ, & Theologorum Concordia: Augustus est sco-  
pus, qvia nihil præter DEI gloriam & Ecclesiæ salutem, Elector  
his respexit: Augustus fuit instictus & Afflatus, quo, precibus  
piis mediantibus, Augustissimus Autor excitatus & illuminatus

est, ut eum concordiae restaurandæ Processum, non sine divino  
natu, difficiili qvidem primum, sed felici tandem successu, glo-  
riose susciperet. Verissimum etenim est, quod refert B.D.Selne-  
cerus in recitationibus suis p. 40. 41. divino plane Spiritus Sancti  
afflatu, & non impulsu qvorundam hominum, Inclytum Electorem  
AUGUSTUM de tollendis ac componendis illis dissidijs, quæ inter  
Theologos, Augustanae Confessioni alioquin addictos, de Peccato O-  
riginis, de Libero Arbitrio, de Tertio Legis Iusu, de Definitione Ev-  
angelij, de Justitia Fidei, de Necessitate Bonorum Operum, de re-  
cto usu Rerum Adiaphorarum, & alijs, tum gliscebant, & grassa-  
bantur, consilia iniisse. Et hac in re Constantin Magni, & Theo-  
dosii Imperatoris Exemplum imitatum esse Piissimum Electorem, &  
non tam humano affectu, quam Spiritus Sancti afflatu, nemine sug-  
gerente, uemine Consilium suppeditante, imò nemine fere de tol-  
lendis dissidiorum reliquiis cogitante, negotium hoc in Gloriam DEI  
& Veritatis propagationem, & in Ecclesiarum & Scholarum, in  
his terris Augustanam Confessionem profitentium utilitatem, & po-  
steritatis deniqꝫ perpetuum emolumendum, Opus hoc ineundæ Con-  
cordiae aggredi cœpisse. Hoc igitur divinum, & Augustum For-  
mula Christianæ Concordiae consilium! Hoc augustum, vereqꝫ fau-  
stum Concordiae conscribendæ, per Gloriosissimum Electorem pro-  
mulgatum, Exordium!

8. Ne verò Consilium ipsum Electoris lateat qvenqvam,  
Media quoqꝫ consultationis, ab ipso Religiosissimo Autore propo-  
sita, manuqꝫ sua consignata, verbis augustis comprehensa, sub-  
jiciemus. Sic enim scribit B. Hutterus in Concord. Cone. p.  
272. Media Consultationis, ab ipso Electore proposita, tum bēc e-  
rant præcipua, ipsius manu consignata: Ob Ich wol auff man-  
cherley Meinung gedacht / so sehen mich doch die Sachen fast  
schwer/ und schier unmöglich an/ einige Einigkeit unter uns/ die  
der Augspurgischen Confession sein wollen / anzurichten / und  
zumachen/ in Ansehung / das fast in eines jeden Herren Lande /  
eine sonderliche gefaste Lehr/ die man ein Corpus Doctrinæ nen-  
net/ gestellet und aufgerichtet/ dadurch nicht allein viel Leute irre  
gemacht/ sondern die Gemüther unter den Theologen gegen ein-  
ander

ander also verbittert das sie je länger / je weiter von einander kommen / und ist sich leider zubefahren / da nicht in Zeiten dawieder getrachtet / das / durch solche Verbitterung und Verwirrung der Theologen / Wir und unsere Nachkommen / welches doch GOTT allergnädigst verhüten wolle / würden in kurzer Zeit ganz und gar von der reinen Lehr abgeführt / und durch solches Gezänck dieselbe verliehren müssen. Solchen nun vorzukommen / habe ich auff diesen nachfolgenden Weg / doch hiemit niemals / der es besser versteht / vorgegriessen / gedacht. Und dieweil Ich mir keine Hoffnung machen kan / auf vorhergehenden Geschichten / und Erfahrungen / das die Theologen (leider GOTT sey es geklagt) durch einig Colloquium , oder andere Conventus , sich miteinander zuversöhnen / zuvergleichen / noch einer den andern rechischaffen zuhören / möchten zubewegen sein / viel weniger einiger Einigkeit unter Ihnen selbs zuvermuthen . So habe Ich dahin gedacht / ob es nicht ein Weg sein wolte / das wir / die sich zur Augspurgischen Confession bekennen / sich freundlich miteinander vereinigten / und verglichen / das ein jeder Herr eßliche Friedliebende Theologen / ohngefehr an der Zahl 3. oder 4. Personen ; desgleichen auch so viel Politische Räthe benenneten / und sich die Herren darauff zusammen betagten / ein jeder Herr sein Corpus Doctrinæ mit sich brächte / und alsdenn allen Theologen / und Politischen Räthen / dergestalt übergeben / das Sie die Augspurgische Confession liessen Ihre Richtschnur sein / und sich in den Corpore Doctrinæ ersehen / unterredeten und berathschlagten / wie durch Gottes Gnade auf allen Ein Corpus Doctrinæ gemacht werden möchte / darzu wir uns alle bekennen könnten / und dasselbe Buch / oder Corpus Doctrinæ , auffs neue gedruckt / und in

Bz

jedes

divine  
a, glo-  
Selne-  
Sandt  
Elorem  
& inter-  
ato O-  
one Eu-  
de re-  
grassa-  
Theo-  
em, &  
ne sug-  
de tol-  
um DEi  
m, in  
& po-  
e Con-  
n For-  
q; fau-  
n pro-  
  
qvam ,  
ropo-  
a, sub-  
one. p.  
bac e-  
man-  
en fast  
ns/die  
/ und  
Lande/  
x nen-  
te irre  
en ein-  
ander



jedes Herrn Lande seinen Geistlichen / denselbigen ge-  
meß sich zuerzeigen / außgelegt werde &c.

9. Hoc Formulæ cujusdam Generalis , hoc ipsius Formu-  
le Concordiæ conscribendæ consilium, piis precibus à Deo cæ-  
litus imperatum, in religiosissimo pectore Gloriosissimi Electo-  
ris primum natum , mox literis Electoralibus consignatum ,  
Consiliarijs Intimis promulgatum , ab ipsis responso qvodam  
humillimo comprobatum, ab ipso Electore postea cum Serenissi-  
mo Electore Brandenburgico, JOHANNE GEORGIO, Bea-  
tiss. Record. Landgravio Hassiæ, WILHELMO, Marchione  
Brandenburgico GEORGIO FRIDERICO, Comite Henne-  
bergico , GEORGIO ERNESTO, communicatum , & ad  
matuiores deliberationes Orthodoxorum Theologorum, D.  
Georgij Cœlestini, M. Georgii Lysthenii, D. Martini Miri, &  
aliorum, translatum. Suffragiis tum Illusterrimorum Princi-  
pum, tum Constantissimorum Theologorum accedentibus , &  
hoc Consilium Electoris Religiosissimi comprobantibus, magis  
magisq; Heros Inclytus in hoc Concordiæ Libro conscribendo  
confirmatus , ac in Domino confortatus est.

10. Hinc seqvuntur Antecedentia propiora. Nam Glo-  
riosissimus Elector anno statim subsequente LXXVI. mense Fe-  
bruario conventum Theologorum Liechtenbergæ coëgit, & cau-  
sam hanc arduam , Dei Gloriam, Ecclesiæ Concordiam & salu-  
tem, unicè respicientem, Theologis congregatis ad deliberan-  
dum proposuit, de qvibus legi potest B. Hutter. in Conc. Conc.  
p. 273. seqq. Theologi , qui convenerant, sequentes erant, (1)  
Henricus Salmuth , Superintendens Lipsensis (2) D. Paulus Crel-  
lius, Professor Wittebergenensis (3) D. Wolfgangus Harderus , Pa-  
stor Lipsensis. (4) D. Maximiliang Morlinus, Superintendens Cobur-  
gensis. (5) D. Nicolaus Selneccerus. (6) D. Daniel Greserus , Su-  
perintendens Dresdensis. (7) D. Martinus Mirus , Concionator  
Aulicus Dresdensis. (8) M. Georgius Lysthenius, Concionator Au-  
licus Dresdensis. (9) M. Nicolaus Jagenteufelius , Superintendens  
Misnensis. (10) M. Johannes Cornicælius, Superintendens Ecclesiæ  
Haynensis. (11) M. Johannes Sagittarius , Superintendens Annæ-  
bergensis. (12) M. Petrus Glaserus , Ecclesiastes Dresdensis.

Ia



In hac Synodo Theologorum, juxta Propositionem Elec-  
toralem, apud B. Hutter. d. l. p. 274. seqq. puncta, potissimum ad  
deliberandum circa Concordie negotium proposita, sequentia  
fuerunt: (1) was/ und wie viel Theologen unter den Ständen  
der Augspurgischen Confession / dazu zu ziehen/ und zugebräu-  
chen? (2) Ob darin schriftlich/ oder mündlich zu procediren?  
zu zuverordnen? (5) Was für Artikel zu tractiren/ und zuverei-  
nigen? De his deliberationum Synodicarum capitibus in timore  
Domini sententias Theologi contulerunt, & responsum plu-  
atq; religiosum Autori Principali Synodici Conventus dederunt  
apud Hutter. d. l. p. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. in quo  
præter alia plurima sequentia notaru dignissima videntur (1)  
Electoralis Consilij Synodica comprobatio p. 280. Wir haben sol-  
cher grossen Sachen (de Concordia inter Lutheranas Eccle-  
sias restauranda) Wichtigkeit und Nochwendigkeit miteinander  
in timore & invocatione Filii DEi, und mit dem Gewissen/das  
wir für den Richterstuel unsers Henlandes IESU Christi mis-  
uns bringen sollen und wollen/ pie & placidissime collatis in-  
ternos sententiis, & votis, betrachtet / und endlich nach unser  
Einfalt/ der ohn allen zweifel der Heilige Geist mit seiner Gött-  
lichen Weisheit und Stärke beygewohnet/ so viel befunden/das  
wir erstlich für GOD und aller Welt schuldig sind/ E. Churf.  
Gnad. mit Rath und Thac/ hind ansezung aller eigenen affecten/  
sie heissen/wie sie wollen/unterthanigst bezupflichten/ und an uns  
nicht das allergeringste erwinden zu lassen. (2) Injuriarum mutua  
condonatio, nim. per amnestiam, ne fiat ulla personalium cri-  
minacionum & injuriarum recordatio, vel examinatio, vel  
exaggeratio, vel vindicatio, §. das erste Mittel. (3) Normæ Phi-  
lippicæ abrogatio, ne Corpus Doctrinæ Philippi Melanchthonis im  
posterū pro norma doctrinæ publicæ venditetur, vel recipiatur,  
vel urgeatur, cum propter varios errores nec pro Symbolo, nec  
pro norma doctrinæ possit commendari, vel approbari, vel Do-  
ctores, aut auditores ad illud obligari. (4) Vera Norma doctrinæ  
defi-

definitio, vel constitutio, quam §. die normam; verbis emphaticis exponunt: die Normam doctrinæ & Confessionis nostræ sezen/und nennen wir zuförderst / und ohn alle Bedingung/ die Prophetischen und Apostolischen Schriften/ die drey Oecumenica, und in der ganzen Christenheit befandie Symbola, Apostolicum, Nicenum, & Athanasianum, und nachmals die Augspurgische/ erste/ungeenderte Confession / derselben Apologiam, Catechismum Lutheri Minorem, & Majorem, und Articulos Smalcaldicos. So auch jemand von wegen der Lehre/ von der Gerechtsfertigung des Menschen für GOD I/ wil die herrliche tröstliche explicationem Epistolæ Pauli ad Galatas, à D. Luther, Sanctæ memoriz, editam, darzu thun/ sind wir mit denselben ganz und gar gleichstimmig. Denn wir keines weges gemeinet die proposition von Nothwendigkeit guter Werck zur Seeligkeit zu defendiren. Und versehen uns/ es sollte auf diese weise der Mißverstand/ so wegen des Corporis Doctrinæ sich erhaben/ weil keines Menschen Gewissen dran gebunden wird/ auffgehaben werden/ und sich hinfot alle der Augspurgischen Confession verwandte Stände mit uns zu diesen Corpore Doctrinæ bekennen/ wie die Schriften/und Bücher/ iezt erzehlet werden/ nemlich Prophetica & Apostolica scripta, Tria Symbola, Augustana Confessio, anno XXX. scripta & exhibita, Apologia, duo Catechisini Lutheri, & Smalcaldici articuli, und sich diesfalls durchaus mit uns Christlich vergleichen. (5) Scriptorum publicorum, à CryptoCalvinianis introductorum, plenaria repudiatio §. Dieweil aber: qualia scripta sunt Dresdenis Consensus, Catechismus novus Wittebergensis, Stereoma Wittebergense, Exegetis &c. (6) Theologorum yngiæ orthodoxorum congregatio §. Benn nun: qua ratione Theologos ab Illustrissimo Landgravi Hassia, WILHELMO, denominatos, Electori deo commendarunt, vid. D. Chytreum, D. Chemnitium, D. Jacobum Andree, D. Marbachium, tanquam ad Formule Concordiae delineationem, futuros convenerunt.

12. Hactenus vidimus περιγραφα, nunc ad ipsa Synodica περιχθέντα progredimur, & ex iis nostræ potissimum

um tractationis Objectum persequemur, videlicet. Prima  
Formulæ Concordiæ Delineationem, quæ citra dubium ne-  
cessaria fuit (1) propter Electoris intentionem, quia prima hac  
Formulæ consignatione nullum cuiquam præjudicium affer-  
re, sed omnibus liberrimum hac in causa judicium conce-  
dere volebat, sicut diserte in Mediis Consultationis superius  
th. 8. testatus est. (2) propter scripti conditionem, quia scri-  
ptum publicū, & Ecclesiæ toti⁹ esse debebat: non igitur ab uno  
Principe, vel à paucis Theologis, primo tempore statim omnem  
perfectionem accipere poterat. Vid. Synod. Resp. §. 4. (3) propter  
controvertentiū rationē, quia propter varias controversias in fi-  
dei dogmatibus, tum in Adiapharis, tum in aliis rebus Qua-  
stionis, animi minus recte dispositi tum temporis e-  
rant, adeoq; facilius offendit, quam reconciliari, citius ad  
discordiam, quam ad concordiam, moveri poterant, etiam  
in minimis circumstantiis: consultius igitur erat, delineati-  
onem aliquam pri⁹ adornare, quam scriptū aliquod consum-  
matū statim elaborare. (4) propter Statuum Imperij coordinatio-  
nem, quia saepius ob Politicas rationes in ejusmodi Regnis, u-  
bi vel æqualis, vel non subordinata Statuum conditio reperi-  
tur, optime cogitata secius accipiuntur, quam proponuntur,  
& optime cogitata saepius pessime cadunt, optime proposita,  
vel disposita, persimiliter in partem exponuntur. (5) propter  
prudentem futurorum prævisionem, quia Prudentissimus Elec-  
tor, ejusq; Consiliarij, cum Theologis congregatis, facile  
prævidebant ea, quæ postea secuta sunt, dum ipse compro-  
bavit eventus, quod Concordiæ negotium sinistris interpre-  
tationibus, variis contradictionibus, iarcasticis illusionibus, &  
aliis iniqvioribus affectibus, fuerit obnoxium: hæc mala certe  
longe graviora fuissent, si plenius elaboratum, vel consumma-  
tū scriptum in hoc Conventu conscribere, & reliquis Ecclesiis  
offerre Theologi voluissent, sic citra dubium maria Tyria con-  
citata fuissent. (6) propter liberam omnibus concedendam exa-  
minationem: nam, quia Gloriosissimus Elector omnibus tum  
Principibus & Statibus, tum etiam Theologis atq; Pastoribus,

C

ipsis

Impati-  
nostræ  
ing/ die  
ecume-  
, Apo-  
e Augs-  
ogiam,  
rticulos  
von der  
herrliche  
D. Lu-  
nit den-  
eges ge-  
erck zur  
auf die-  
rinæ sich  
en wird /  
urgischen  
ore Do-  
erzehlet  
ria Sym-  
ibita, A-  
culi, und  
Scripto-  
plenaria  
nsis Con-  
rebergen-  
z congre-  
uistrissimo  
ctori de-  
, D. Ja-  
Concordia  
ad ipsa  
e potissi-  
mum

iphs etiam Consiliariis Politicis, liberrimam, juxta scripturam, vel examinandi, vel explicandi, vel censendi, vel mutandi, vel admonendi, vel judicandi, potestatem de hoc scipto permettere volebat, ideo cura prima non nisi primam aliquam delineationem requirebat. (7) propter futuram symbolicam usurpationem, qvia Commune Doctrinae Corpus, vel etiam Commune Symbolum Ecclesiarum Lutheranarum, in Imperio Romano, Concordiae Liber esse debebat, ideo non nisi collatis sententiis, vel auditis omnibus Partibus, vel etiam Ecclesiis particularibus, suam ultimam perfectionem consequi poterat. (8) propter intentam subscriptionem, qvia tale scriptum adornare Theologi volebant, qvod omnium subscriptionibus idoneum esset: jam autem multi post collationem, & ipsam Libri communicationem, difficiles ad subscribendum fuerunt, alii subscriptionibus contradixerunt, eas disvaserunt, apud alios impediverunt, vel aliis modis eidem restiterunt, multo magis certe tales praetextus conquisivissent, si minus in consilium & suffragium adhibiti fuissent.

13. Quod igitur attinet Primam Formula Concordiae Delineationem, eam potissimum ex accurato Theologorum Synodico Responso considerabimus, & breviter explicabimus (I) Hujus Delineationis Synodicae Causas. (II) Ejusdem Symbolicae Delineationis Circumstantias.

14. Causa Efficiens, alia Principalis, alia Ministerialis alia Instrumentalis: illi νοεῖσθαι, isti διακονικῶς, huic οἶγαντι, effectus saluberrimus primæ Libri Concordiae Designationis adscribendus.

15. Principalis Efficiens vel est Prima, qvæ solus Deus est, Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, qvod multis documentis, tūm ex Electorali Propositione, tum ex Theologorum communi response, liqvet, (1) qvia saepius Gloriosissimus Elector testatus est, qvod nihil à Deo magis devotissimis suis precibus impetrare contenderit, qvam Christianam Ecclesiarum concordiam. (2) qvia Propositio Electoris semper de Christiana Concordia loquitur, & hanc unice prætendit & intendit:

dit: haec autem alio, præter Deum, autorem principalem  
habere nequit. (3) quia Religiosissimus Elector s. finali, to-  
tum hoc Concordiae negotium ad Deum unice referit his verbis:  
An dem allen erzeigen die Herrn Thologen Gott dem Allmächtigen  
ein wohgefällig/ und angenehmes Werk/ zu der Aufzwei-  
lung seiner Allmacht / Ehren und Seetigmachenden Worts/  
auch zur Christlichen Einigkeit/ und Nutz in der Kirchen Gottes  
gereichen wird / und S. Churfl. Gn. seind es in Gnaden zube-  
dancken gnädigst gemeint. (4) quia Theologi s. i. respons. te-  
stantur, se circa hoc Concordiae negotium in timore & inno-  
catione vera DEi cuncta suscepisse. (5) quia s. 2. devota gra-  
tiarum actione hanc omnem expeditionem ad Deum referunt.  
(6) quia hoc institutum Electoris Religiosissimi non ad genera-  
lem, sed ad peculiarem instinctum DEi referunt: Sonderlich  
aber bedanken gegen S. Churfl. Gn. wir alle uns unterthä-  
nist/ und höchstes Fleisses/ das E. Churfl. Gn. mit solchen  
Christlichen und brennenden Eifer ohne Zweifel anfang einen  
besondern trieb Gottes des Heiligen Geistes/ da zu  
Christlicher/ und Gott wohgefälliger Einigkeit/ wenig Hoff-  
nung gewesen/ und gar nahe iedermanit daran verzagt/ in der  
Kirchen Augspurgischer Confession, nach so vielfältigen und  
langwierigen Spaltungen/ wiederumb eine Christliche Verglet-  
zung getroffen/ und fortgesetzt werden möchte/ sich solches  
hochnotwendigen und Christlichen Werks/ nach derselben  
von Gott hoherleuchteten Verstand/ unterfangen/ und  
nicht nachgelassen/ bis ein einhellige Erklärung von viel ermeh-  
ten ärgerlichen Spaltungen/ nicht in schlechten/ geringen/ son-  
dern vornehmsten Artickeln unsrer Christlichen Religion erfol-  
get/ welches der Allmächtige Gott E. Churfl. Gn. ohn allen  
Zweifel zeitlich/ und Ewig nicht unvergolten lassen/ sondern  
mit seinen milden Seegen und allen Gnaden wiederumb reich-  
lich belohnen wird. Confer. §. seqq. ut & ea, qvæ superius ib. 7.  
ex B. Selnecc. & in præfat. ex B. D. Jac. Andree sunt allegata.  
(7) quia peculiarem divinæ providentia directionem & benedi-

etionem, tum *Gloriosissimus Elector*, tum *D. Jac. Andreae*, tum  
alii, praesenti tempore, non sine gratulatione, & debita gratia-  
rum actione, praedicarunt, cū Anno 1569. & seqq. idem *Religiosissi-*  
*mus Elector* intenderit, & per eundem *D. Jacobum Andreae*, à  
*Duce Wurtenburgico*, *Christophoro*, ad se missum, negoti-  
um hoc promovere voluerit, neq; tamen successum operis  
exoptatum videre potuerit. Habet enim Deus suas horas,  
& moras!

16. *Principalis Secunda*, *Religiosissimus Elector AUGUSTUS* est, nunquam satis laudatus. *Hic* non uno mo-  
do circa praesens negotium considerari posset, impræsentia-  
rum Eum dupli ratione saltem contemplabimur (1) *Ratione*  
*sui*, qvoad illustrissimas, tantoq; Principe dignas virtutes (2)  
*Ratione varij motivi*, qvo motus hancce primam *Formulæ*  
*Concordiæ Delinationem* promovere voluit.

17. *Virtutes admirandas*, qvas in *Electore Gloriosissimo* circa praesens negotium contemplamur, nec omnes obser-  
vare, nec digne satis vel considerare, vel praedicare vale-  
mus. *Miracula D. Jacobus Andreae*, tanquam *avtorum*, in  
*Principe Religiosissimo* notavit, & imbecillitatem suam in  
praedicandis *augustis*, vereq; divinis illis virtutibus, saepius  
manifestavit, qvid igitur à nobis expectandum erit? *Paucas*  
saltem allegabimus, & plenius judicium *Lectoris Meditatio-*  
*nibus commendabimus.*

17. Notamus igitur in *Autore principali*, vereq; *AUGUSTO* (1) θεοτοφίαν, qva ratione non semel Theologi con-  
gregati tribaunt *Electori religiosissimo* non humanum, sed à  
*Deo* potius illuminatum intellectum: nec enim alienis saltem  
oculis videbat, nec alienis saltem auribus audiebat, nec a-  
lienis curis & Consiliis hanc Ecclesiæ causam tantum agebat,  
*Religiosissimus Elector*, sed potius in θεοτοφίᾳ, & omnis *Con-*  
*cordiæ Christianæ panoptiam*, *Scripturam Sacram*, industria sin-  
gulari prorsus, studiosiq; inquirebat, & inde lumen divinæ Veri-  
tatis & Christianæ Concordiæ certissimum, evidensissimum, & θεο-  
τοφίᾳ plenissimum, acqvirebat; ea de causa *D. Jacobus Andreae*,  
*Orat.*

laud. p. 210. scribit: *Heros Inclytus, animo excelso præditus, cuius pectus non humanis consiliis, sed virtute divina, & robore Spiritus Sancti confirmatum erat: ut omnibus Satanae technis minime commovebatur, sic me quoq; ad patientiam piè bortabatur, fore inquietus, ut aliquando hac meminisse juvaret.*

18. (2) Beatus: nam Religiosissimus Elector in vero Deitimore non tantum omnem Concordiæ causam suscipiebat, sed etiam eandem devotissimis precibus coram Deo semper urgebat. Ex multis documentis hac vice sufficiat unum: cum Elector Christianissimus ex literis D. Jacobi Andreae, mox sub initium Torgensis Conventus, cognovisset, animos omnium præsentium Theologorum ad Concordiam maxime pronos & proclives esse, imò jam de duobus maxime controversis articulis, nim. de Peccato Originis, & Libero Arbitrio prorsus inter ipsos convenisse: maximo gaudio perfusus, & propria manu responsum hoc D. Jacobo Andreae scripto misit: Lieber Herr Doctor / Ich danke Gott auf treuen Herzen / daß seine Allmacht mein gering Gebet allernädigst erhört/ und Euch in Vergleichung dieser zweyten großen puncten / wie euer Schreiben melder / mit seinen Heiligen Geist beygewohnet / daß dieselbigen zu einen guten Ende und Vergleichung gebracht / und wil nicht aufzuhören mit meinen Gebet / so geringe es auch vor den treuen Gott ist / immer weiter anzuhalten / bis das ganze Werk dieser Christlichen Versammlung zu einen gewünschten Ende gebracht werden mag / und darzu helfse die Heilige Dreyfaltigkeit / Amen. Und bitte / Ihr wollet wie Ihr bereit gethan / immer fortfahren / unser treuer Gott wird euch gewißlich bestehen. Subscriptum: Augustus Churfürst. Efficacissimas Electoris Devotissimi preces feisse, Successus & Eventus ipse comprobavit. Sic igitur Hujus Principis Piissimi suffiriis, & Heroicis Ejus Precibus, multum in Concordiæ fisciendæ ingressu, plus in promovendo progressu, plurimum in exoptato egressu, tribuere debemus.

19. (3) Singularem Prudentiam, quæ plane divina fuit. Nam, quæ prius Deo precibus ardentissimis, & indesinenterissimis, DEO commendaverat, & animo diu, maturis deliberationibus, ponderaverat, primum cum Intimis suis Consiliariis, mox cum aliis Electoribus & Principibus, Lutheranam Religionem profidentibus, & Christianam Concordiam anxie desiderantibus, deniq; cum singulis primum, iisq; Celeberrimis, mox etiam in Synodus coactis Theologis, prudenter communicabat, & sic mirum quantum Concordiae negotium promovebat. Innumera Prudentiae Heroicae specimina notare possemus, si prolixius hanc causam persequi vellemus.

20. (4) Admirandam, & plus quam Heroicam Constantiam & patientiam, quam neq; Politici, neq; Theologi, digne satis in Augusto Electore, Constantissimo Concordiae Promotore, vel admirari, vel prædicare potuerunt. Nam Diabolus omnia sua Statagemata contra Christianæ Concordiae Consilium adhibebat, & adversus Electoris Constantissimi patientiam non modo Spiritus infernales, sed etiam Calvinianos, Jesuitas, & alios veritatis Hostes, ut & falsos Fratres, Pseudopoliticos, & nescio quos non ad oppugnandum constantissimum Herois animum in aciem producebat: malumus hoc D. Jacobi Andreæ ex Ora. laudat. p. 201. quam nostris, verbis explicare: Quam optarim, scribit Ille, non modo tempus, sed ingenij quoq; vires non defessent, ut de Inclyti Herois, Electoris Augusti, Duris Saxoniae, Virtutibus & laudibus, sicut par erat, & pro dignitate, dicere possem: cuius solicitudine pia, & sumtibus maximis; hoc negotium suscepimus, & adoptatum finem perductum est. De quo, ut alia quam plurima omittam, quæ merito hic commemoranda essent, C O N S T A N T I A & P A T I E N T I A in superandis infinitis impedimentis tanta fuit, ut oratione explicare nequeam; Quas virtutes toto hoc quinquennio, quo apud Celsitud. ipsius in negotio Concordiae conficiendo occupatus fui, perspexi, easq; nunquam satis admirari potui. Cum n. Satan cum suis membris, nihil eorum intentatum reliquisset, quæ ad animum Electoris ab hoc negotio avertendum facere possent, cor tamen hujus Inclyti Herois constans & intactum

fractum semper permanxit, eoque maiore studio & Zelo negotium prosecutus est, quo magis Satanam sese summis viribus illi opponere vidit. Quae si singula commemoranda essent, mibi tantum nota, cum maxima pars mihi ignota permanserit, tempus me prius, quam oratio deficeret. Etenim non ab infimæ conditionis hominibus, sed illustrissimis, summa autoritate Viris, Cor hujus Principis ex omnibus angulis tentatum & oppugnatum fuit, verum admiranda & stupenda divina gratia, & potentia, expugnatum non est. Quin potius in Ipsius persona illud Prophetæ ad impletum manifeste deprehenditur, cui Dominus locutus est: Ego dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum super omnem terram, Regibus Iuda, Principibus & Sacerdotibus ejus, & Populo terræ. Et ipsi quidem pugnabunt contra te, sed non prævalebunt adversus te, QVI A TECUM SUM, dicit Jehova, ut liberem te. Hæc Ille.

21. (5) Divinum, & accuratissimum, ac in Domino confirmatissimum judicium: innumera siquidem malevoli contra Concordiæ consilia & Media spargebant, & per inimicos ac amicos Electori, Concordiæ cupidissimo, semper objiciebant, ut vel tandem à Concordiæ Tractatibus desisteret: sed hæc omnia prudenter & accurate dijudicare, tanquam Satanæ frandes, & Hostium Concordiæ machinationes, observare, & duce Spíitu Sancto studiose declinare, vel etiam in Concordiæ promovendæ salutarem scopum commutare, vel usurpare noverat. Nam alii civiles nationes Concordiæ Consiliis, ab Electore tentatis, opponebant, & nescio quem Primum innocentissimo Electori fallacius imputabant. Alij ipsos Concordiæ Tractatus, & inde novum Interim, novum Cothurnum, novum Samarianismum nasciturum, accusabant. Alij suam falsam doctrinam defendere, & Concordiæ librum potius falsitatis arguere contendebant, sicut præter Jesuitas, Calvinianos, apertos Concordiæ hostes, tria genera Doctorum, inter ipsos Augustanae Confessionis Socios, Concordiæ contradixerunt, id quod notat D. Jacob Andr. l. d. p. 193. Triapotissimum genera Doctorum reperiuntur,

qui

quæ  
DEO  
pon-  
cum  
profi-  
s, de-  
m in  
c mi-  
mera  
hanc

ntiam  
tis in  
el ad-  
ia sua  
adhi-

n non  
& a-  
nescio  
imum  
x Onat.  
tarim,  
deef-  
, Vir-  
ssem:  
susce-  
quam.

CON-  
mentis  
es toto  
cordie  
lminari  
ntatum  
endum  
& in-  
fractum



qui in Ecclesiis, juxta Augustanam Confessionem ab initio constitutis, Libro Concordiae sese pertinaciter adhuc opponunt. Quidam enim, dum aperte Sacramentariorum errores approbant, & docent, nibilominus tamen sub nomine Augustanae Confessionis sese contra suæ ipsorum conscientiae testimonium, propter pacem publicam, quæ huic confessioni, reliquis sectis exclusis, concessa est, imprudenter venditare solent. Alii verò absurdissimum & impium dogma Flacii Illyrici, hominis quietissimi, de Peccato Originis, sub ejusdem Augustanae Confessionis, & Doctrinae Lutheri, nomine propagare sunt conati, qui error tam crassus & manifestus est, ut sua absurditate, nemine etiam contradicente, concidat, quod discrimen inter opus DEi, & Diaboli, in peccatoribus tollat, qua impietate omnes partes Doctrinae Christianæ evertuntur. Alij v. reliquias Papatus in doctrina de Libero Arbitrio, de Discrimine Legis & Evangelii, & de necessitate Bonorum Operum ad salutem, retinere student &c. Alij potissimum in D. Jacobum Andreæ tela sua direxerunt, ut eum Electori Augusto exosum redderent, & hac ratione Principem ad Concordiae negotium remissiorem efficerent, sicut ipse D. Jacobus Andreæ l. d. p. 203. testatur: In me unum præcipue omnia tela directa, & conjecta sunt, non leviora illa & hebetiora, sed quæ adversariis cruenta, & lethifera visa erant, inter quæ vivere me tanto tempore potuisse, non Epicurei illi, quibus religio ludus est, sed pii & optimi quique vehementer mirati sunt. Spem enim, ipsorum opinione, minime dubiam fovebant, si odium mei animo Illustr. Electoris Saxoniæ inspirassent, (de quo in media Misnia propemodum toto hoc tempore, quo illicis præsentia mea molesta fuit, gloriabantur) siqvidem organa se commoda habere existimabant, qvibus animus Electoris expugnari posset, ipsum quoq; de prosequendo Concordiae negotio remissurum esse. Quapropter à primo adventus mei in Saxoniam die, totoq; tempore, quo Celsit. ipsius mea opera utebatur, quæcunq; ad me deformandum facere possent, ad Electorem perferuntur. Et qvidem ( $\alpha$ ) ne mibitanquam peregrino (& opinione vulgi, quam illis ejus provinciæ Docti



Docti inspirabant, Svevo profugo) fideret, ab iis admonitus est graviter, qvorum fides Heroico pectori minime suspecta esse debebat; qvos hoc qvinquennio adversarios semper amicos nunquam habui. (β) Alij Doctrinā, de Majestate Filii hominis, Hominis inqvm ubiq; præsentis, sub nomine à Calvinianis confitæ portentosæ Ubiquitatis, qvam extensione ac diffusione humanæ naturæ, pro ipsorum spirituali & philosophica subtilitate, sed crasso & carnoso cerebro, definiante, exagitantes, Me ejus Patronum, adeoq; novæ, & in Saxonia prius inauditæ, doctrinæ hæreticissimæ Autorem, Electori vel hoc saltē nomine exosum reddere conabantur &c. (γ) Alii, me à Romano Pontifice, ad lites inter Calvinianos & Lutheranos fovendos, ne Concordia inter illos sanciatur, pecunia corruptum esse, impudenter scripserunt; cum ejus Concordiæ piæ, sanctæq; facienda studio, multis annis elaboraverim, ut etiam apud bonos propemodum in suspicionem illius erroris pervenerim. (δ) Alii verò mihi omnium errorum, hæresium, & corruptelarum doctrinæ cælestis, patrocinium adscripserunt, qvibus consilii & propositi nostri rationes minq; notæ fuerunt. (ε) Alii verò, me Philippi Melanchthonis, de Ecclesia optime meriti, autoritati, sine causa & injuste, detrahere, ut, ejus nominis celebritatis oppressione, Ego indoctus, instar hederæ, assurgerem, & emergerem, cum Doctrinæ Lutheri, ex verbo Dei extractæ, veritatem contra eos defendarem, qvi autoritate Philippi gloriantur. (ζ) Alii, me odio Academiarum celeberrimarum, Wittebergenensis & Lipsensis, omnia agere calumniabantur, ut Svevorum gloria cresceret. (η) Alii, quia superioribus annis à quibusdam adversariis meis (inter quos tamen, & Me, de doctrina dissensio nulla unquam fuit, ipsis v. ratio consiliū, & instituendæ tractationis, de pia & sancta Concordia, non plene nota erat) sparsa contra me scripta erat contumeliosissima, novo scripto, summe injurioso, cui D. Tilemanni Heshusii nomen Calvinianus quidam, ejus scripti autor, præfixerat, ex Nundinis Lipsensibus per universam Germaniam, & vicina regna,

D

cum

Ritu-  
idam  
G do-  
is se se  
publi-  
t, im-  
npium  
iginis,  
omine  
est, ut  
nd dif-  
ua im-  
i v. re-  
ine Le-  
ludem,  
Andree  
derent,  
siorem  
ur: In  
nt, non  
nta, &  
o tem-  
o lu-  
i sunt.  
ant, si  
nt, (de  
qvo il-  
em or-  
us Ele-  
Concor-  
adven-  
t. ipsius  
facere  
abit an-  
vinciae  
Docti



cum summa nominis mei contumelia divulgarunt. Reliqua,  
& his omnibus longe atrociora, silentio prætereo, quæ suo  
tempore etiam in lucem producentur. (θ) Ac ne quid deesset  
ad Electoris animum, à negotio ipso, & Me, deterendum,  
*Alii Astrologos quoque, genus hominum, cui D. Augustinus*  
*occulta cum Daemonib⁹ pacta esse dicit, in societatem vocant,*  
*qui ad flectendū cor Electoris ex cursu astrorum prædixerunt,*  
*institutum negotium non modo non processurum, sed Elec-*  
*torem quoq; ipsum in periculum vitæ suæ adductumiri &c.*  
Plura vid. d. l. Ex his omnibus se prudenter extricare, de cun-  
ctis quid veri, falsive subsit, judicare, contra criminationes  
omnes se fortiter armare, institutum Concordiæ negotium  
constanter continuare, summi certe, & in Domino confirmati  
fuit judicii.

22. (6) *Indefessum studium, & labor continuus.* Nam  
Elector Gloriosissimus, præter alia gravissima negotia publica,  
& politica, tum universum Imperium Romanum, tum Ditlio-  
nes ejus proprias, atq; Provincias concernentia, & plurimas a-  
lias occupationes, Ecclesiæ rationem habere, & per tot annos  
in Concordiæ restaurandæ labore molestissimo, continuum stu-  
dium, idque maxime tædiosum, & odiosum, adhibere voluit,  
quod in Principe tanto magna certe dignum admiratione!

23. (7) *Liberalitas & Magnificentia.* Maximos enim  
Concordiæ sanciendæ causa sumtus fecit, tot legationibus expe-  
diendis, tot Theologis è longe dissitis locis conscribendis, suis  
sumtibus alendis, scriptis longe lateq; per omnes Lutheranæ  
Religioni addictas provincias, ad censuras transmittendis, &  
multis aliis modis : neq; sine renumerationibus honorificis  
Theologos dimisit, sicut de seipso D. Jacobus Andreæ d. l. p.  
214. testatur. Sed has, & alias Virtutes hujus Maximi Concor-  
diæ Patroni pluribus adducere nolumus.

24. *Moventes, vel Impulsivæ causæ plurimæ fuerunt, quæ*  
*Gloriosissimum Electorem ad hoc Concordiæ studium accen-*  
*iderunt: nos aliquas saltem hic enumerabimus. (1) Primas dicit*  
*pse divinus Impulsus, quem sæpius jam notavimus, & à Theo-*  
*logis*

logis respons. Synodico §. 2. notatum, supra jam allegavimus.  
(2) Christianus, & ardentissimus, pro gloria DEi, & veritatis  
cælestis custodia, Zelus, quem etiam Theologi d. l. cause mo-  
ventis instar, adducunt. (3) Principum, & Statuum Protestantium  
ad Concordiam inclinatio, quam Electoralis Propositio §. 2. no-  
tat. (4) Theologorum, Liechtenbergæ congregatorum, exhortatio,  
ibid. (5) Scriptorum duorum ex Inferiori Saxonia & Superiori  
Germania, hic collimantium, ad Electorum transmissio ibid. §. 3.  
(5) Contentionum, & scandalorum multiplicatio, quam Theologi  
causam impulsivam in Respons. Synodica §. 2. notarunt. &c.

25. Causæ Ministeriales Primæ Delineationis fuerunt Or-  
thodoxi Theologi Lutherani, ad Synodum Torgensem ab Augusto  
Electore convocati, qui responso Synodico sua nomina subscri-  
pserunt, & Primam Formulae Concordiae delineationem Electori,  
juxta mandatum Propositionis, obtulerunt. Subscripserunt  
autem ordine sequentes (1) Andreas Musculus D. in Ecclesia &  
Academia Francofuriana, manu prop. (2) Christophorus Cor-  
nerus D. Professor Theologie in Academia Francofuriana  
subscript. (3) Jacobus Andree D. Propositus Tubingensis man.  
prop. (4) David Chyraeus, Professor in Academia Rostodiensi.  
(5) Martinus Chemnitius D. Superintendens Ecclesia Brunsvi-  
censis. (6) Maximilianus Morlin D. Pastor Coburg. (7) Paulus  
Crellius D. (8) Nicolaus Selneckerus D. (9) Wolfgangus Harde-  
rus D. & Pastor Ecclesie Lipsensis ad S. Nicolaum m. p. (10)  
Martinus Mirus D. (11) Daniel Greserus. m. p. (12) M. Nicolaus  
Jagenteuffel. (13) M. Georgius Lisenius. (14) M. Casparus Hen-  
derich/ Pastor & Superintendens Torgensis. (15) M. Johannes  
Cornicelius, Pastor & Superintendens Ecclesie Hanensis. M. P.  
(16) M. Johannes Schüßl Pastor Annamontanus subscript.  
(17) M. Petrus Glaser/ Concionator Dresdensis subscript. His  
enim B. Hutterus in Conc. Conc. p. 329. qui cuncta, quæ custo-  
diuntur in Archivis Electoralibus, summo studio perlustravit,  
& memoriae posteritatis commendavit, testimonium operæ  
Ministerialis perhibet scribens: Et sic quidem opera atq; stu-  
dio istorum Theologorum, divina cum primis aspirante aura, &

bonitate, FORMULÆ CONCORDIÆ LIBER(vid. quoad pri-  
mam illam delineationem) conscriptus, & Electori AUGUSTO  
oblatus, & exhibitus fuit, eo fine, ut reliquorum de Eo Electorum,  
Principum, atq; Ordinum, Confessionem Augustanam sincere  
amplectentium, judicia & censuras peteret, & sic communi o-  
mnium istorum Ordinum approbatione, Liber iste tandem in  
publicum prodiret.

26. Causa instrumentalis, vel Medium deductionis &  
liquidationis doctrinæ (1) non fuit Corpus Doctrinae Philippicum,  
quod à Philippistis divinis elogis exornatum, & à multis et-  
iam orthodoxis, & sinceris Theologis, ob insignem erga Philip-  
pum amorem, commendatum, & pro Norma Doctrinae multis  
in locis, cum primis in Electoralibus Provinciis, venditatum  
erat: nam in Conventu Liechtenbergensi, prout superius mo-  
nitum, Theologi Saxonici congregati, jam monuerant, quod  
Corpus Doctrinae Philippicum neminem obligare, neq; pro nor-  
ma doctrinae fidei, vel Confessionis, haberi possit: (2) neq; Con-  
sensus Dresdenis, vel aliascripta publica Wittebergensium, quæ  
nimiopere semper Crypto-Calviniani urgebant, quia Patroci-  
nium suorum errorum in iis fundatum esse sciebant: nam hæc  
scripta disertis verbis Theologi repudiant §. 6. Was dann die  
in vorschienen Jahr zu Wittenberg aufgangene öffentliche  
Schriften/ als nemlich die Grundfeste/ Disputationem Gram-  
maticam, Fragstück/ Neuen Catechismum, und Acta Synodi-  
ca, sonderlich aber den Dresdischen Abschied / da-  
durch viel Leute hinter das Liecht geführet worden/belangen thut/  
wie auch den endlichen Bericht / und was dergleichen Bücher  
und Schriften mehr/ so diesen unsern Bedencken und Christli-  
chen Vergleichung ungemes und zuwieder / denen zum theil daß  
Liechtenbergische Bedenken auch besondere Meldung und Erin-  
nerung gethan/das nemlich dieselbige / alß Impedimenta der  
vorhabenden Einigkeit/ abgeschafft/ und auf dem  
Wege geräumet werden müssen/ bleibt es nochmals bey  
vielgedachten daselbst gestellten Bedenken. (3) Sed potius nor-  
ma

ma doctrinæ & Confessionis, adeoq; principium doctrinalis deductionis & liquidationis, jam etiam Liechtenbergæ denominatum fuit à Theologis ibidem congregatis, nim. (a) Scriptæ Prophetica & Apostolica. (b) Tria Symbola Oecumenica (c) Augustana Confessio. (d) Apologia. (e) Catechismus Lutheri minor & major. (f) Articuli Smalcaldici (g) Scripta B. Lutheri, sicut verba superius adducta sunt thes. ii.

27. Causam Materialem qvod attinet, illa vel est circa quam, nim. Controversia de causis Religionis inter Lutheranos Theologos exortæ, qvia juxta § 3. Synodalis respons. egerunt von den freien Articulis juxta §. 2. Non viel ermelten ärgerliche Spaltungen/nicht in schlechten/geringen/sondern vernemsten Articulis unsrer Christlichen Religion. Vel est ex qua, quæ dupliciter consideratur, partim ut materia productionis & deductionis, unde nim. Concordiae Liber; qvoad primam Delineationem collectus sit: Höffnianus censet ex articulis Torgæ anno 1574. ad subscribendum oblati, Formulam Concordiae collectam fuisse, dum c. 5. scribit: Ex istis Articulis natum esse Concordiae Librum. Sed B. Hutterus in Conc. Concord. c. 5. p. 181. prolixo de illis Articulis differit, & imprimis p. 204. ostendit, qvod ex omni parte Torgenses Articuli, tum temporis consignati, & ad subscribendum oblati, sinceri non fuerint: sed materia productionis potius fuerunt duo illa scripta, quæ Gloriosissimo Electori fuerunt oblata, qvorum alterum Maulbrunnæ fuit consignatum, alterum inter Wurtenbergicas & Brunsvicenses Ecclesiæ propter Consensum elaboratum erat: siqvidem hæc duo scripta, juxta Propositionem Electoralem §. 3. Theologis oblata sunt, & juxta Synodicum Responsum §. 3. ad elaborationem Formulae Concordiae adhibita sunt. Materia ex qua constitutionis sunt Articuli Christianæ Religionis, qui adhuc hodie in Formula Concordiae reperiuntur. Vel est Materia in qua, nim. ipse Liber, qui hoc in conventu consignatus, & à Theologis Electori oblatus est, ut nim. aliis Electoribus, Principibus, & Statibus, ad liberrimas censuras, transmittetur.

D 3

28. Cau-

28. *Causa Formalis* consistit in processu, qvi Torgæ fuit  
observatus, & in ipso Delineationis Synodalis actu. De  
processu rursus D. Andreæ l. d. 174. seqq. audire placet. O-  
primus princeps Elector Saxoniæ, AUGUSTUS, cum quibus-  
dam pijs alijs quoq; Principibus, Confess. Augustanæ sincero cor-  
de addictis, de pia, sancta, & firma Concordia in Ecclesiis no-  
stris restauranda consultat. Cui duo scripta offeruntur, qvi-  
bus dijunctio Controversiarum continetur, quæ superioribus  
annis Ecclesiæ perturbassent. Alterum quidem, qvod jam  
pridem à Theologis Germaniæ Superioris, & Saxoniæ inferioris,  
omnibus doctrinæ capitib; prius diligenter, accuratèq; aliquot an-  
nis examinatis, & probe ponderatis, in eum finem conscriptum  
erat. Alterum vero à trium superioris Germaniæ Principum  
Augustanæ Confessioni addictorum, Theologis de ulla heresi mini-  
me suspectis, recens compescutum erat. Quibus acceptis Elector  
Saxoniæ ex Germania Superiore, & Saxonia inferiore, Theo-  
logos studio pacis & veritatis commendatos, Torgam conveni-  
re curat, qibus suos quoq; Theologos adjungit, & ab iis omni-  
bus congregatis controversiarum piam, & verbo Dei consen-  
taneam, dijunctionem postulat. Ne autem forte aliquid  
in eo humani patiantur, Ipse Elector præsens pro sua pietate, &  
amore erga veritatem, sinceram & incorruptam, per alterum ex  
Consiliariis suis, quos secum habebat, omnes Theologos con-  
gregatos pie, graviterq; bortatur, ut deliberationem banc in  
timore Domini suscipiant, neq; ullius personam summi, aut in-  
fimi, cuiuscunq; conditionis, vel autoritatis esse possit, vivi,  
aut mortui respiciant, sed in verbo Domini, & veritate Do-  
ctrinæ cœlestis unice intenti, viam rectam, planam & expeditam,  
monstrent, qua & dissensiones inter Theologos A. C. (id enim  
solum tum quærebatur) commode tolli, & pia ac firma pax Aca-  
demiarum & Ecclesiarum denuo instaurari, & constitui possit.  
Quod ut præter expectationem omnium, qvi e tempore & loco  
convenierant, Theologorum factum erat, ut volente & de-  
siderio Sancto Electoris, piorumq; hominum, qui idem mul-  
tis annis scienses quærebant, satisferet. Qua in re facilitior  
labor



labor erat, & magis expeditus, quod superioribus annis Inferioris Saxoniae & superioris Germaniae Theologi, praecunte diligentissima & accuratissima aliquot annorum deliberatione suas cogitationes desingulis controversis Articulis scriptocomplexi essent. Postquam igitur Concordiae Liber ex supra commoratis scriptis conflatus, Electori Saxoniae oblatus est, à Celsit. ipsius sic monentibus, & humiliter rogantibus congregatis Theologis, ad omnes Principes, qui Augustanam Conf. profitentur, & Primarias Ecclesias, transmissus est, ac petitum, ut suis Theologis eundem severiter judicandum proponerent, & judicium suum ad Ipsius Celsitudinem perscriberent. Neg, enim paucos numero Theologos aliis omnibus prescribere, sed viam tantum monstrare voluisse, qua per Gratiam Dei pia Pax & Concordia in Ecclesiis nostris restitui posse.

29. Causa finalis alia dicitur (I) respectu ipsius Formule, vel ejus Delineationis, nim. ut judiciis aliorum Statuum & Theologorum subjiceretur, & ad Librum Concordiae, tanquam scriptum Ecclesiæ Symbolicum, in usum publicum adhiberetur, sicut modo ib. preced. notatum. Conf. Synod. Resp. §. 4. (2) respectu Ecclesiæ, Constans omnium Ecclesiarum Lutheranarum Concordia, §. 2. 5. & 9. (3) respectu Doctrinæ, Verus & purus Doctrinæ Consensus, §. 2. & 8. (4) respectu Theologorum, plena Theologorum controvertentium conciliatio, Propos. Elect. §. 4. Resp. §. 5. (5) respectu DEi, Gloria DEi §. ult. propos. & penult. respons. Synodalnis.

30. (II) Circumstantias, quarum satis multæ notari, prolixius etiam explicari possent; hacvice brevitatis ergo saltem aliquas adducimus. (1) Autoritas, quæ publica fuit, & Synodica, quia tum ab Electore, Synodica propositione, hæc Delineatio demandata, tum in Synodo communibus suffragiis adornata, & approbata, tum Electori à Synodo oblata, tum Communionibus encyclicis destinata. (2) Necesitas, quam tum Electoralis Propositione, tum Synodalis Responsio, multis indicis prodit. (3) Dexteritas, quæ tum ex consensu cum scriptis Prophe-

ticis

e fuit  
De  
O-  
vibus-  
o cor-  
is no-  
, qvi-  
oribus  
d jam  
rioris,  
not an-  
criptum  
cipum  
mini-  
Elector  
Theo-  
nveni-  
omni-  
onsen-  
liquid  
ate, &  
um ex  
s con-  
anc in  
ut in-  
vivi,  
e Do-  
litam,  
t enim  
e Aca-  
possit.  
& loce  
& de-  
o mul-  
facilior  
labor

tieis & Apostolicis, tum ex harmonia cum libris Symbolicis pa-  
tescit. (4) Utilitas, quæ maxima fuit, sicut ex utroq; scripto  
prolixè demonstrari posset. (5) Locu, hac ratione Torgæ fuit  
consignata, à Theologis examinata, in Synodo approbata, &  
per Synodum Electori oblata. (6) Tempus, quia Liber Concordiæ,  
quoad primam Delineationem anno 1676. mense junio con-  
signatus, & die VII. mensis illius Electori publice fuit oblatus.

31. Nunc etiam plurima de Consequentibus, qvoad  
varias Censuras, κατηγορίας, ἀπολογίας, Censurarum in  
Cænobio Bergensi Collationem, & Libri Concordiæ Consumma-  
tionem, Subscriptionem, Publicationem &c. dicenda forent,  
sed hæc impræsentiarum altingere nolumus. In his adductis  
acquiescimus, & DEO NOSTRO, Libri Concordiæ Da-  
tori, Conservatori, & Defensori summo, devotissimas cor-  
de pleno laudes dicimus, qvod Concordiæ Librum per inte-  
grum Seculum conservaverit, PATRI PATRIÆ, cum uni-  
versa Ecclesiæ γνησιως Lutherana Jobeleum Primæ Delineatio-  
nis Modernum in pace clementissime donaverit, & sanctum ex  
eo Gaudium Spiritus Sancti gratia multiplicaverit. Sic

Nomen Domini Benedictum in Secula Seculorum

Amen..

19 5082 K



AVG

cis pa-  
cripto  
g& fuit  
ata, &  
Concor-  
io con-  
latus.  
qvoid  
um in  
summa-  
forent,  
dductis  
die Da-  
nas cor-  
er inte-  
um uni-  
ineatio-  
tum ex  
Sit

ULB Halle

004 954 475

3



1077





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-39695-p0036-0

DFG

sa post Christum testimoniū opus erit veritatis producere ac evidenter. Megalandrum Concordiae λίω conservare persuasore, a invenire, nō Concordiae C sin è terris sublato, per exitialis do cademias, & XXX. annos certissimam Numinis patr. Academias, d. B. Luthero s. ex permisio mīcitiæ primi motoris, Discr. Ecclesiæ doctrinarum hoc ipso tempore variis respexit, SE CIPUM, ut cordia Studiorum Concordiae concessit, ead eventum deo AUGUSTISSIMUM ATQ.

Kodak

LICENSED PRODUCT

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

## KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

riculentissim. Sed non gius exemplarissimum, perstite B. constantissim. Concordiae icis locum Sed hoc tam analytissimo Lutheranos Scholas, A cordia per MD XVI. no Cœlestis ernium in LVI. vivo XX. annos mnis iniisdem pro Lutherano VI. variis tabat. Ex contenti gratiosè p; PRIN os ad Con atq; Me n cælitus optatum MAXIMUS ENISSI EM AU GU-